

Thomas Lindemann

**Programma quo Omnes Reipub. litterariæ Cives ad Solemnem Legum  
Academicarum promulgationem, Crastina luce hora nona iterandam invitantur &  
ad earundem observantiam sedulo monentur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734600003>

Druck    Freier  Zugang



Ru Progr. 1629/18  
Thomas Lindemann.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn734600003/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn734600003/phys_0002)



PROGRAMMA  
quo  
Omnes Reipub. litterariæ Cives  
<sup>ad</sup>  
SOLEMNEM  
**LE GUM**  
**ACADEMICARUM**  
promulgationem,

*Craftina luce hora nona iterandam invitantur  
& ad earundem obseruantiam sedulo  
monentur,*

P. P.

RECTORE MAGNIFICO  
**THOMA LINDEMANNO,**  
J. D. & Professore.



ROSTOCHI  
Literis Joachimi Pedani, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. XXIX.

R 4. Page 1629

LIBRERIA  
ACADEMICA  
Montiferraria  
Cognitio et loca nova etiam etiam  
I.D. Lindemann  
Ricotta Macchione



BRUNNEN  
1742. J. Jacobus. A. M. T. 1742.  
Vnde p. 1742.



RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
**THOMAS LINDEMAN,**  
Juris Doct. & Professor.

**R**omulus Monarchiæ  
Romanæ firma & inconcussa fundamina animo volutans, primo omnis generis homines collegit, collectos mutuæ societatis vinculo constrinxit, deinde locum urbi exædificandæ idoneum destinavit, eum vero primò legum præsidio munivit, dein sulco & insuper muris cinctus. prudenter namq; & verè statuit, basin cuiuscq; Reip. legibus innixam sustineri, iisque subtractis subito collabi, nec ullis mœnibus vel ptopugnaculis defendi posse. Quod ipsum experta est ab ipsa infantia Romana Monarchia : Ea etenim uti cum legibus Regiis & Curiatis viguit, & lacertos suos vibravit, ita iisdem partim Tyrannide, partim inertia & luxuria Regum obsolescentibus, sensim consenescere cepit, & nisi decemvirali soletia legum alexipharmacum ex Solonis & Lycurgi thecis petitum, debili & languido corpori applicatum.

A 2

fuisset;

guisset; haud dubie totum Reip. systema penitus pro-  
stratum concidisset: passa quidem hactenus est Roma-  
nia Monarchia complures graves syrraxes, periculosos  
paroxismos, & saepiusculè agonizare visa est, sed respi-  
rante legum virtute subinde revaluit, & cum eadem Lu-  
teis licet subnixa pedibus, tamen ferreis legum con-  
stricta compagibus ad novissimum usque diem consi-  
stet; Vere etenim Tullius legem Reip. animam esse ait;  
qua in Repub. spiritus ducente, eadem ab omni interitu  
in munis, firmis incedit poplitibus: Unde Polybius Ro-  
manæ felicitatis & stabilitatis causas indagans, legibus  
solis eam acceptam ferendam esse concludit, quæ ut  
Carthaginensium statutis potiores erant, ita & Roma-  
Carthagine vivacior exsistit; Siquidem leges affectuum  
Respub. turbantium sunt compedes, actionum direc-  
trices libellæ & lineaæ perpendicularares, quarum du-  
ctum sequentes Rempub. suffulciunt, & ab excidio vin-  
dicant, male è contra agitur, cum Repub. in qua mo-  
res in potestatem suam leges perducunt, easque cla-  
vis quasi ferreis ad parietes, ut Plautus loquitur, affi-  
gunt. Quinimo legibus tanta inest efficacia, nt carum  
imperio, omnes reges & Principes boni se subjectos  
esse fateantur, dignaque vox Majestate regnantis re-  
putetur legibus se alligatum esse fateri; Unde Philoso-  
phix Stoicæ Princeps Chrysippus librum, quem οὐράνιον,  
scripsit, sic exorditur, ὁ νόμος πάντων ἐστι Βασίλευς,  
Γείαν, καὶ αὐθεντίαν παγυμάτων δεῖδε ἀνθρώπους  
τὸν εἰρηνήν, καὶ τὴν ἀνθρώπων, καὶ ἀρχούσα, καὶ ἡγεμόνα, &c. I.  
2, ff. de LL. Quamvis autem legis tam sublime sit im-  
perium, ut verum jus majestatis contineat, tamen id.

ab in-

ab insultibus per omnia non est securum; a tibus enim  
clandestinis hostibus subinde vim patitur, inter quos  
primam aciem dicit vagum cerebrinæ æquitatis arbitri-  
trium. Nec enim desunt, qui legem scriptam nulla æqui-  
tate temperatam, adcoque inexorabilem & inflexi-  
bilem Tyrannidi comparant. Inter quos Menander  
leges quidem ipsas, utpote Reip. nervos impendio  
commendat, astiis exacte & rigide utendem sycophan-  
tam appellat. Quo respicientes Philosophi nonnulli  
Prothagotas, Heraclitus, Pyrrho, Eleensis, Clitoma-  
chus & Carneades jus nullum certum esse, sed ex sola  
hominum vaga & incerta opinione dependere statue-  
runt. In horum Philosophorum schola edoctus Trasimac-  
hus legum omnem potestatem ex sola principum vo-  
lunta dependere docuit, qui error subinde latius ser-  
psit, & in aulas penetravit, ac complures Anaxarchos  
peperit, quin & ante aliquot annos imperij status ita  
occupavit, ut sub FRIDERICO Tertio anno 1441.  
de legibus scriptis una cum Jctis exterminandis con-  
sultatio inita fuerit. Sed rudior & imbecillior, hic as-  
saltus fuit, & legum nervos incidere haud valuit. Suc-  
cessit insuper alius prætextus a ratione status desum-  
ptus, qui eo periculosior est, quo speciosorem ortum  
habet, Salutem namque publicam præsupponit fun-  
damentum, cui omnes leges cedant & herbam porrigant  
necessum est, adeo ut licet per se aliiquid injustum  
sit, tamen intuitu publici boni pro justo reputetur.  
Habet enim, inquit Tacitus, aliiquid iniqui omne ma-  
gnum exemplum, quod contra singulos utilitate pu-  
blica rependitur: quo cum Plutarchus conspirat,

A 3. 000 000 000 000

quan-

quando ait, à justitia in parvis negotiis nonnunquam deflectas, si usurpatam eam in magnis voles, oportet. Hoc arcanum politicum jus dominationis hodie appellari & commendari audimus, Tacitus id commenta, Livius delinimenta, Polybius, Θίκρυφα, alij καπιστενάσματε indigitant, & ut iis justitiae singularem indolem induant, sub serpentina calliditate artem hanc præceptam esse afferunt, imo exempla Salvatoris, quibus ipse Judæis insidiantibus illusit, & ipsum Paulum de astutia sua gloriantem inducunt; Et certe vix est, ut sine arcano hocce Respub. sarta tecta conservari queat. Nautas namque Magistratum imitari oportet, qui favonio licet spirante, promontorium tamen flectunt, Äolo verò sœiente vela demittunt, malos & atten-  
nas nonnunquam incident, merces ejiciunt, ut salvam navim in portum deducant, Hinc Plato in de-  
scriptione Idæ optimæ Reipub. fraudes & dolos bo-  
num publicum respicientes, utiles & licitos esse do-  
cet. Quod ipsum Aristoteles in Ethicis quoque pro-  
bat, dum ait: Vir magnus reticet apud infimos indi-  
gnos scilicet, quibus omnia sua diæa pandat: qua ar-  
te Metellus, Jugurthæ legatos excepit, & inescavit.  
Hujus arcani politici seu rationis status velo ostraci-  
mi Cimonis, Themistoclis, Aristidis, variique generis  
exsilia, imo supplicia bene de Respub. meritis irroga-  
ta, veluti præclara facinora defenduntur; Ast status  
publici ratione malum quod privatis subinde evenit,  
èò tolerabilius est, quò minor cum violentia est con-  
junctum; Verum si ratio belli adversus leges insurgat,  
ea omnes earum bene collocatos circulos disturbat, &  
legibus frænum non tantum, sed & silentium imponit,  
dire-

direptiones & vastationes velut remedia & stratagē  
mata *κρύψια* utilia & laudabilia præcipit. Quamvis  
autem status politici & bellici rationes ad bonum pu-  
blicum sustinendum plurimum sæpe commodi con-  
ferant, tamen earum praxis eatenus tantum toleran-  
da quatenus intra honestatis, pietatis & fidei terminos  
se continet, nec in DEI contemptum, nec in proximi  
detrimentum vergit; Hosce namque limites transi-  
liens Reipub. legibus constructam compageti perrum-  
pit; *ἀποχήσις* non tantum inducit, sed & vinculum so-  
cietatis humanæ penitus dissolvit; Nos qui in seculum  
hoc conclamatum reservati sumus, merito nobis con-  
gratulamur, quod in hac urbe in utraq; Repub. sub le-  
gum præsidio vivere nobis liceat. Academias licet po-  
tentia nulla polleant, imò contemptim vulgo habeantur,  
tamen authoritate imperatorum imprimis Justi-  
niani & Friderici, Jurisdictione omnimodā gaudent;  
Potestatem condendorum statutorum legumque se-  
rendarum habent. Nōstra quoque Academia certis  
legibus hactenus stabilita viguit, & inter medios armo-  
rum strepitus togatam militiam etiamnum exercebat.  
Solon leges suas celebri loco omnium oculis conspi-  
ciendas exhibebat, Romanileges Dēcemvirales ebo-  
reis tabulis descriptas pro rostris publicabant; Amasis  
Ægyptiorum Rex quotannis leges suas non tantum re-  
novabat, sed & singulos subditos partitionem docere  
jubebat. Agatharsis leges suo tempore publicè decan-  
tas fuisse refert, quem morem Germanos quoque se-  
cutores memoriae proditum est. Idque eò factum, ne  
quis ignorantiae prætextu legum vim elidere vel elu-  
dere posset. Majores nostri prudenti consilio statutis

cave-

caverunt, ut singulis semestribus leges Academie publice prælegantur, earundemque observantia civibus Academicis inculceretur; cum itaque publicationem hanc mihi officij, quo fungor, ratio imponat, constitui crastino die hora nona me hoc Recipub. debito liberare. Quocirca Dominos Professores, Doctores, Magistros, Verbi divini Præcones Studiosos, omnesque Jurisdictionem Academicam agnoscentes Cives peramanter & officiosè regatos volo, ut frequentes compareant, suam erga matrem almam Academiam, ejusque Magistratum & leges reverentiam & observantiam re & facto contestentur, Jehovam ardenteribus votis obsecrant ut utramque in hac Urbe constitutam Rempub. & sub utriusque vexillis pro publica salute pugnantes milites conservet, & Martis furores tandem cohipeat, optatis simus nos pace clementer reficiat & exhilaret. P. P. 17.  
Aprilis Anno 1629.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734600003/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734600003/phys_0011)

**DFG**




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734600003/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734600003/phys_0012)



direptiones & vastationes velut remediata  $\kappa\eta\phi\alpha$  utilia & laudabilia præcipit autem status politici & bellici rationes a blicum sustinendum plurimum sæpe co ferant, tamen earum praxis eatenus tarda quatenus intra honestatis, pietatis & i se continet, nec in DEI contemptum, n detrimentum vergit; Hosce namque liens Reipub. legibus constructam compa pit;  $\alpha\tau\alpha\zeta\alpha$  non tantum inducit, sed & cietatis humanæ penitus dissolvit; Nos d hoc conclamatum reservatis sumus, meri gratulamur, quod in hac urbe in utraq; gum præsidio vivere nobis liceat. Acadentia nulla polleant, imò contemptim tur, tamen authoritate imperatorum i niani & Friderici, Jurisdictione omnime Poteſtatem condendorum statutorum renderum habent. Noſtra quoque A legibus hactenus stabilita viguit, & interrum strepitus togatam militiam etiam Solon leges suas celebri loco omnium ciendas exhibebat, Romani leges Decreteris tabulis descriptas pro rostris publica  $\ddot{\text{A}}$ gyptiorum Rex quotannis leges suas n novabat, sed & singulos subditos pariti jubebat. Agatharsis leges suo tempore p tatas fuisse refert, quem morem German eutos memoriae proditum est. Idque e quis ignorantiae prætextu legum vim c dere posset. Majores nostri prudenti c



the scale towards document